



SERENISSIMO  
FERDINANDO II.  
MAGNO DVCI ETRVRIÆ.

**H**UMANÆ Vitæ Fabulam, PRINCEPS SERENISSIME, ab omni æuo luserunt magni Actores. Horum multitudo ac diuersitas Theatrum sanè exigebat amplissimum. Quapropter minimè mirum videri debet, hunc Librum excreuisse in molem magnam: qui Tragica, Comica quæcunque in Aulis & Bellis & Politiis maximè memorabilia gesta vel dicta sunt, eleganti artificio & summa libertate ob oculos repræsentat. Nec tamen dici de illo potest, quod de pluribus aliis, *Magnus liber, magna crux*: nihil quippe hîc tædiosum, nihil ad nauseam, nihil inutile. Et præterea, ea est huius Operis textura, vt aperiri, euolui, & claudi possit, vbi velit, & quando velit Lector, nec tamen animo ipsius minùs aculeorum infigat. Sed inter omnes propter Principes & Magnates concinnatum est: idque duplici de causa; nempe ratione materiæ, de qua diximus; deinde, quia gestiunt esse docti, sine labore: immo gestiunt esse docti, & non videri. Tales illos Liber hic, si quis alius, præstare potest: qui  
quasi